

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber undecimus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Epistolarum familiarium

sunt. Memini enim & illa superiora, quae abs tua voluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendam & ornandam, quae perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te mihi Cicerone magno petere peto, si meam vitam, & studium diligentissime superioribus temporibus in re publica administranda, quae Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria aut eo ampliora reliquo tempore expectes: & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. xii. Calen. Iunias, ex castris, ex Ponte Argenteo.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER VNDECIMVS.

D. BRVTVS M. BRVTO, ET
C. CASSIO, S. D.



VQ in statu simus, cognoscite. Heri vespere apud me Hircius fuit; qua mente esset Antonius, demonstravit, pessima scilicet & infidelissima. Nam se neque mihi provinciam posse aiebat dare, neque arbitrari tuto in urbe esse quae nostrum: adeo esse militum concitatos animos, & plebis. Quorum utrumque esse falsum puto vos advertite, atque illud esse verum, quod Hircius demonstrabat, timere eum, ne si mediocri auxilio dignitatis nostrae habuissimus, nullae partes eius in re publica relinquerent. Cum in his angustiis versarer, placitum est mihi, ut postulare legationem liberam mihi, reliquisque nostris, ut aliqua causa perficiendi honesta quaereretur. Haec se impetraturum pollicitus est, nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia, & nostri insectatio. At si dederint quod

Legatio libera,

Interdici.

Novissima auxilia.

petimus, tamen paulo post futurum puto, ut hostes iudicemur, aut aqua, & igni nobis interdici. Quid ergo est, inquis, tui consilii? dandus est locus fortunae, cedendum ex Italia, migrandum Rhodum, aut aliquo terrarum arbitror. Si melior casus fuerit, revertemur Romam: si mediocris, in exilio vivemus: si pessimus, ad novissima auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum, cur novissimum tempus expectemus potius, quam nunc aliquid moliamur. quia ubi consistamus, non habemus, praeter Sextum Pompeium, & Bassum Caesium, qui mihi videntur hoc nuncio de Caesare allato firmiores futuri: satis in tempore ad eos accedemus, ubi quid valeat, scierimus. Pro Cassio, & te, si quid velitis me recipere, recipiam. postulat enim hoc Hircius, ut faciam. Rogo vos imprimis mihi rescribatis: nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hircius me certiore sit facturum. quem in locum convenire possimus, quo me velitis venire, rescribite. Post novissimum Hircii sermonem, placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romae publico praesidio, quod illos nobis non concessuros puto. magnam enim invidiam eis faciemus. Nihil tamen non postulandum putavi, quod aequum esse statuerem. Valete.

M. BRV. ET C. CAS. PRAET. M. ANTO. CONS. S. P. D.



E tua fide, & benevolentia in nos, nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus haec tibi: quae profecto, quam istum animum habes, in optimam partem accipies. Scribit nobis magnam veteranorum multitudinem Romam convenisse iam, & ad Calen. Iunias futuram multo maiorem: de te si dubitemus, aut vereamur, simus nostri dissimiles. Sed certe cum ipsi in tua potestate fuerimus, tuoque adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros necessarios, neque solum edicto, sed etiam literis id fecerimus, digni sumus, quos habeas tui consilii participes, in ea praesertim re, quae ad nos pertinet. Quare petimus a te, facias nos certiores tuae voluntatis in nos. Putes ne nos tutos fore in tanta frequentia veteranorum, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus, quod velle te probare vix quisquam credere posse videtur, qui nos saluos, & honestos velit. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communi quaesivisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu, quod certe abest a virtute tua, & fide. sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Tibi enim vni credimus, & credituri sumus. Maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri: quibus etsi tua fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quam a te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leve est, ac nugatorium, ea re denunciatum esse veteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses. Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum sit nos quieturos? Non debet

Antonii potestas,

mus cuiq̄ videri nimium vitæ cupidī, cum accidere nobis nihil possit, sine pernicie, & confu-
sione omnium rerum. Vale.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAET.

M. ANTONIO CONS. S. P. D.



Lit̄eras tuas legimus simillimas edicti tui, cōtumeliosas, minaces, minime di-
gnas, quæ a te nobis mitterent. Nos Antoni te nulla laceſſiuius iniuria, ne
q̄ miraturū credidimus, si Prætores, & ea dignitate hoīes aliqd̄ edicto postu-
lassemus a cōsule. Q̄ si indignaris ausos esse id facere, concede nobis, vt do-
leamus, ne hoc quidē abs te Bruto, & Cassio tribui. Nā de delectibus habi-
tis, & pecuniis īperatis, exercitibus sollicitatis, & nunciis trās mare missis, q̄
te q̄stū esse negas, nos tibi qd̄ credim⁹ optimo aīo te fecisse, sed tñ neq̄ agnosimus quicq̄ eo
rum, & te miramur, cū hęc reticueris, nō potuisse cōtinere iracundiā tuā, quin nobis de mor-
te Cæsaris obiiceres. Illud vero quēadmodum ferendum sit, tute cogita, non licere Prætorib⁹
concordiæ, ac libertatis causa, per edictū de suo iure decedere, quando consul arma minetur.
Quorū fiducia nihil est, q̄ nos terreas. Neq̄. n. decet, aut cōuenit nobis periculo vlli submit-
tere animū nostrū. Neq̄ est Antonio postulandū, vt iis imperet, quorū opera liber est. Nos si
alia hortarent vt bellū ciuile suscitare vellemus, literę tuę nihil proficerent. NVLLA em̄ mi-
nantis auctoritas apud liberos est. Sed pulchre intelligis nō posse nos quoq̄ impelli, & fortas-
sis ea te minaciter agis, vt iudiciū nostrū metus videatur. Nos in hac sententiā sum⁹, vt te cu-
piamus etiam in libera repu. magnū, atq̄ honestū esse: vocemus te ad nullas inimicitias, sed
tamen pluris nostram libertatem, q̄ tuam amicitriā estimemus. Tu etiam atq̄ etiam vide quid
suscipias, qd̄ sustinere possis: neq̄ q̄diu vixerit Cæsar, sed q̄ nō diu regnarit, fac cogites. Deos
quæsumus consilia tua reipu. salutaria sint, atq̄ tibi: si minus, vt salua, atq̄ honesta repu. tibi
q̄minimū noceant optamus. Pridie Nonas Sextil.

Similes edi-
cti.

D. BRVTVS IMPE. TVL. CIC. S. P. D.



Sede tua in me voluntate dubitarē, multis a te verbis peterē, vt dignitatem
meā tuerere: sed profecto est ita, vt mihi persuasi, me tibi esse curę. Progres-
sus sum ad trāsalpinos cū exercitu, nō tam nomen captans imperatorium,
q̄ cupiens militibus satisficere, firmosq̄ eos ad tuēdas nostras res efficere,
qd̄ mihi videor consecutus. Nā & liberalitatē nostram, & animū sunt exper-
ti: cum omniū bellicosissimis bellū gessi, multa castella cepi, multa vastauī.
Non sine causa ad Senatū literas misi. Adiuua nos tua sententiā: quod cum facies, ex ma-
gna parte communi commodo inseruieris. Vale.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. P. D.



Lupus familiaris noster cum a te venisset, cūq̄ Romę quosdam dies commo-
raretur, ego eram in iis locis, in quib⁹ maxime me tuto esse arbitrabar. Eo fa-
ctum est, vt ad te Lupus sine meis literis rediret, cum tamē curasset tuas ad
me perferendas. Romam autē veni ad Quin. Idus Decēbris, nec habui quicq̄
antiquius q̄ vt Pansam statim conuenirē, ex quo ea de te cognoui, quæ maxi-
me oprabam. Quare hortatione tu quidē non eges, si ne in illa quidem re, q̄
a te gesta est, post hominū memoriā maximā, hortatorem desiderasti. Illud tamen breuiter si
gnificandum videtur, Populū Romanum omnia a te expectare atq̄ in te aliquādo recuperā-
dę libertatis oēm spem ponere. Tu, si dies, noctesq̄ memineris (qd̄ te facere certo scio), quan-
tam rem gesseris, non obliuiscere profecto, quantę tibi etiam nunc gerendę sunt. Si enim iste
prouinciam nactus erit, cui quidē ego semper amicus fui anteq̄ illū intellexi non modo aper-
te, sed etiam libenter cum repu. bellum gerere, spem reliquam nullam video salutis. Quamob-
rem te obsecro iisdem precibus, quibus S. P. Q. R. vt in perpetuum rēpu. dominatu regio li-
beres, vt principiis consentiant exitus. Tuum est hoc munus, tuę partes, a te hoc ciuitas, vel
omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant, q̄q̄ cum hortatione non
egeas, vt supra scripsi, non vtar ea pluribus verbis, faciā illud, qd̄ meum est, vt ibi omnia mea
officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quæ ad tuam laudem & gloriā pertinebūt. Quā-
obrem velim tibi ita persuadeas, me tum reipu. causa, quæ mihi vita mea charior est, tum q̄
tibi ipsi faueam, tuamq̄ dignitatē amplificari velim, tuis optimis consiliis, amplitudini, glo-
riæ, nullo loco defururum. Vale.

Lupus

Antiquius

Dominat⁹
regius.

Qd̄ meū ē

Epistolarum familiarium

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. P. D.

Tres nega-
tiones.



Vpus noster cū Romā sexto die Murina venisset, postridie me mane contue-
nit, tuaq; mihi mādata diligentissime exposuit, & literas reddidit. Quz mihi
tuā dignitatem cōmendat, eodē tēpore existimo te mihi meā dignitatē com-
mendare, quā mehercule nō habeo tua chariorē. Quare mihi gratissimū fa-
cies, si exploratū habebis tuis laudibus nullo loco nec consiliū, nec studium
meū defuturū. Cum tribuni pleb. edixissent, senatus adesset ad. xiiii. Calē. Ia-
nuarias, haberentq; in animo de p̄sidio consulū designatorū referre, q̄q; statuerā in senatū
ante Calen. Ianuarias nō venire, tñ cum eo die ipso edictū tuū propositū esset, nefas esse duxi
aut ita haberi senatū, vt de tuis diuinis in rēpu. meritis sileretur (qd factum esset, nisi ego ve-
nisssem) aut etiā si quid honorifice de te diceret, me non adesse. Itaq; in Senatū veni mane: qd
cum esset animaduersum, frequentissimi senatores cōuenerunt. Quē de te in senatu egerim,
quā in concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi persuadeas
velim, me omnia, quā ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quē est per se amplissima,
summo semper studio suscepturum, & defensurum, quod q̄q; intelligo me cum multis esse fa-
cturum, tamen appetam huius rei principatum. Vale.

M. T. CICERO D. BRVTO IMPE. S. D.



Senat⁹ vo-
luntas non
auctori-
tas spectan-
da.

Vm adhibuisset domi meę Lupus, me, & Libonē, & Seruīū consolū tuū, q̄
mea fuerit sentētia cognoscere te ex Cn. Seio arbitror, qui nostro sermoni in-
terfuit. Reliqua, q̄q; statim Seium Gręceius est subsecutus, tamen ex Gręcio
poteris cognoscere. Caput autē est hoc, qd te diligentissime percipere, & me-
minisse velim, vt ne in libertate & salute populi Romani conseruāda aucto-
ritatem Senatus expectes nondū liberi, ne & tuū factū condēnes. nullo em pu-
blico consilio rempu. liberasti, quo etiā & res illa maior, & clarior. & adolescentē vel potius
puerum Cęsarem iudices temere fecisse, qui tantā causam publicā priuato cōsilio suscepit.
deniq; homines rusticos, sed fortissimos viros, ciueisq; optimos dementis fuisse iudices, pri-
mum milites veteranos cōmilitones tuos, deinde legionē Martiam, legionē quartā, quā suū
consulē hostem iudicauerūt, seq; ad salutē reipu. defendendā contulerunt. Voluntas senatus
pro auctoritate haberi debet, cū auctoritas impedit metu. Postremo suscepta tibi causa iā bis
est, vt nō sit integrū, primū idibus Martiis, deinde proxime exercitu nouo & copiis cōpara-
tis. Quāobrem ad omnia ita paratus, atq; animatus esse debes, non vt nihil facias, nisi iussus,
sed vt ea geras, quē ab omnibus summa cū admiratione laudentur. Vale.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. D.

Polla tua
s. vxor
Dum.



Delectus.

Cęsar Au-
gustus.

O tempore Polla tua misit ad me, vt ad te, si quid vellē, darē literarū, cū
quid scriberem, nō habebā. Oīa em erant suspēsa propter expectationē le-
gatorū, qui quid egissent, nihil dū nunciabat. Hęc tñ scribēda existimaui.
Primū. S. P. Q. R. de te laborare, nō solū salutis suę causa, sed etiā dignita-
tis tuę. Admirabilis est em quedā tui noīs charitas, amorq; in te singula-
ris omniū ciuū. Ita em sperant, atq; cōfidunt, vt antea rege, sic hoc tēpo-
re regno te rēp. liberaturū. Romę delect⁹ habet, totaq; in Italia, si hic de-
lectus appellandus est, cū vltro se offerūt oēs. Tantus ardor aīos hoīm occupauit desiderio li-
bertatis, odioq; diutine seruitutis. De reliquis rebus a te iam expectare literas debemus, quid
ipse agas, quid noster Hircius, quid Cęsar meus: quos spero breuī tēpore societate victorię te
cum copulatos fore. Reliquū est, vt de me id scribam, qd te ex tuorū literis & spero, & malo
cognoscere, me neq; deesse vlla in re, neq; vnq; defuturū dignitati tuę. Fac valeas.

D. BRVTVS. M. T. C. S. P. D.

Prestaturū

Lepidus vē-
tosus.



Ansa amisso, quantū detrimenti respu. acceperit, non te p̄terit. nunc aucto-
ritate, & prudētia tua p̄spicias oportet, ne inimici nostri cōsulib⁹ sublati,
sperent se cōualescere posse. Ego, ne cōsistere possit in Italia Antoni⁹, dabo
operā: sequar eū cōfestim: vtrūq; me p̄staturū spero, ne aut Veridius elabaf,
aut Antonius in Italia moret. In primis rogo te ad hominē ventosissimum
Lepidū mittas, ne bellū nobis reintegrare possit Antonio sibi cōiuncto. Nā de
Pollione Asinio puto te p̄spicere, qd sit factur⁹. Multę & bonę & firmę sunt legiones Lepidī &
Asini. Neq; hęc idcirco tibi scribo, qd te nō eadē aiaduertere sciā, sed qd mihi p̄suasissimū est,

Liber. XI. Fo. LIIII.

Lepidū recte facturū nunq̄: si forte vobis id de hoc dubiū ē. Plācū quoq̄ cōfirmetis oro, quē spero pulso Antonio reip. nō defuturū. Si se Alps Antonius traiecerit, cōstitui p̄fidū in alpiibus collocare, & te de omni re facere certiorē. Quarto Calēd. Maias. ex castris. Regii. Vale.
D. BRVTVS. M. T. C. S. D.



On mihi temp. plus debere arbitror, q̄ me tibi: gratiorē me esse in te posse, q̄ isti pueri sint in me, exploratū habes. Si autē hoc tēpore ab his videat̄ dici causa simulationis, mallem mehercule tuū iudiciū, q̄ ex altera parte oīm istoz. Tu, a certo sensu, & vero iudicas de nobis: qd̄ isti ne faciāt, sūma maleuolentia, & liuore impediunt. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dū ne interpellent, quo minus resp. a me cōmode administrari possit. Quāto sit in periculo, q̄ poterō breuissime exponā. Primum omnīū quantā pturbationē rerū vrbānarū afferat obit̄ cōsulū, quātāq̄ cupiditatē hominib⁹ inīciat nouitas, nō te fugit. Scitis me multa scripsisse, q̄ literis cōmēdari possunt, arbitror. Scio em̄ cui scribā. Reuertor nūc ad Antoniū, qui ex fuga cū paruulā manū peditū haberet inermiū, ergastula soluēdo, omne q̄ genus hominū arripēdo, satis magnū numerū videt̄ effecisse. Hūc accessit manus Ventidii, quē trās Apenninum itinere facto difficillimo, ad vada puenit, atq̄ se ibi cū Antonio cōiunxit. Est numerus veteranoz, & armatoz satis frequens cū Vēridio. Cōsilia Antonii hęc sint; necesse est, aut ad Lepidū vt se cōferat, si recipit: aut Apēnino, Alpibusq̄ se teneat, & de cursionibus p̄ eqtes, quos habet multos, vastet ea loca, q̄ incurrerit: aut rursus se in Hetruriā referat, q̄ ea pars Italiæ sine exercitu est. Q̄ si me Cæsar audisset, atq̄ in Apenninū trāsisset, in tātas angustias Antoniū cōpulisset, vt inopia potius, q̄ ferro cōficeret. Sed neq̄ Cæsari imperari pōt, nec Cæsar suo exercitui, qd̄ vtrūq̄ pessimū est. Cū hęc talia sint, quo min⁹ qd̄ ad me pertinebit, homines interpellēt, vt supra scripsi, nō impediō. Hęc quēadmodū explicari possint, aut a te cū explicabunt, ne impediānt, timeo. Alere iā milites nō possum. Cū ad temp. liberādā accessissem, mihi fuit Sestertiū quattuor millib⁹ ampli⁹. Tātū abest, vt mee rei familiaris liberū sit q̄c̄q̄, vt meos iā omneis amicos are alieno obstrinxerim. Septenū nūc rū legionum alo, qua difficultate tu arbitrare. Non, si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptū possem. Cū primū de Antonio exploratū habuero, faciā te certiorē. Tu me amabis ita, si me hoc idē in te facere senseris. iiii. Nonas ex castris, Dertona. Vale.
D. BRVTVS IMPE. ET CONS. DES. M. T. C. S. D.

Ergastula soluta.

Cæsari imperari non pōt, nec Cæsar suis.

Varronis thesauri.



Odem exēplo literę a te mihi reddite sunt, quo pueri mei attulerūt. Tantū me tibi debere existimo, quantū psoluere difficile est. Scripsi tibi, q̄ hic gerent, in itinere est Antonius, ad Lepidū p̄ficiscitur, ne de Plāco qdē spem ad huc abiecit, vt ex libellis eius aīaduerti, q̄ in me inciderūt. In quib⁹ quos ad Asiniū, quos ad Lepidum, quos ad Plācū mitteret, scribebat. Ego tñ nō habui ambigū, & statim ad Plācū misi, & biduo ab Allobrogib⁹, & toti⁹ Gallie legatos expecto, quos confirmatos domū remittā. Tu quē istic opus erunt administrari, prospicies, vt ex tua voluntate, rei q̄ pub. cōmodo fiant. Maleuolētia hominū in me, si poteris, occures: si nō potueris, hoc cōsolabere, q̄ me de statu meo nullis contumeliis deterre re possunt. Pridie Nonas Maii. ex castris, sinibus Statiensium.

Bruti constantia.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. D.



Reis vno die a te accepi epistolas. Vnā breuē, quā Flacco Volumnio dederas: duas plēiores, quarū alterā tabellari⁹ T. Vibii attulit, alterā ad me mihi sit Lupus. Ex tuis literis, & ex Græceli oratione nō mō nō restictū bellū, sed etiā inflāmatū videt̄. Nō dubito autē p̄ tua singulari prudentia, q̄n p̄spicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua p̄clara in rep. merita ad nihilū esse vētura. Ita em̄ Romā erat nūciatū, ita psuasum omnib⁹, cū paucis, inermibus, perterritis metu, fracto aīo fugisse Antoniū. Qui si ita se habet, vt quēadmodū audiebā de Græcio, cōfligi cū eo sine periculo nō possit, nō ille mihi fugisse a Mutina videt̄, sed locum belli gerēdi mutasse. Itaq̄ homines alii fracti sunt, nōnulli etiā queruntur, q̄ persecuti non sitis. Opprimī potuisse, si celeritas adhibita esset, existimāt. OMNINO est hoc populi, maximeq̄ nostri, in eo potissimū abuti libertate, per quē eā cōsecutus sit. Sed tñ prouidēdū sit, nequa iusta querela eē possit. Res sic se habet. Is bellū cōfecerit, q̄ Antoniū oppresserit. Hoc quā habeat vim, te existimare malo, q̄ me apertius scribere. Vale.

Popularis mos.

hh

Epistolarum familiarium

D. BRVTVS. M. T. C. S. P. D.



Am nō ago tibi gratias. Cui enim re vix referre possum, huic verbis nō patit̄ res satisfieri. Attendere te volo, quę in manibus sunt, qua em̄ prudentia es, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi cōfestim Antoniū his de causis Cicero nō potuerā, sine equitibus, sine iumentis. Hirciū periisse nesciebā. Casari nō credebā prius, q̄ conuenissem, & collocutus essem. Hic dies hoc modo abiit. Postridie mane a Pāsa sum accersitus Bononiam. Cū in itinere essem, nūciatum mihi est eū mortuū esse.

Bononia.

Passim ire.
Ordinatim ire.

Valde q̄ paucos.

Iniungere detrimētū reipub.
Q̄paratissimi ab exercitu.

Recurri ad meas copias: sic em̄ vere eas appellare possum. Sūt extenuatissime, & inopia omnium rerū pessime acceptę. Biduo me Antoni⁹ antecessit, itinera multo maiora fugies q̄ ego sequēs. Ille em̄ it passim, ego ordinatim: quacūq; iuit, ergastula soluit, homines arripuit, constitit nusq; pri⁹, q̄ ad vada venit. Quem locū volo tibi esse notū. Iacet inter Apenninū, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendū. Cum abessem ab eo millia passuū triginta, & se iā Ventidius cōiūxisset, concio eius ad me est allata, in qua petere cœpit a militib⁹, vt se trās Alpes sequerent̄, sibi cū M. Lepido conuenire. Succlamatū est, & frequēter a militibus Vētidianis, nā suos valde q̄ paucos habet, sibi aut in Italia preundū esse, aut vincendū. Etiam orare cœperūt, vt Pollentiam iter facerent. Cum sustinere eos nō posset, in posterum diē iter suū contulit. Hac re mihi nūciata, statim quinq; cohortes Pollentiam prēmisi, meumq; iter eo contulit. hora antea præsidiū meum Pollentiā venit, q̄ Trebellius cū equitibus: saneq; sum gauisus, in hoc em̄ victoriā puto cōsistere. In spem venerant, q̄ neq; Planci quattuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabant̄, neq; ex Italia tam celeriter exercitū traici posse credebāt: quos ipsi adhuc satis arrogāter Allobroges, equitatusq; omnis qui eo pmissus erat a nobis, sustinebant, nostrosq; aduentu sustineri facilius posse confidimus. Tamē si quo etiā casu Hirciā se traiecerint, ne qd detrimētū reip. iniūgāt, summa a nobis dabit̄ opera. Vos magnū animum, optimamq; spem de summa reip. habere volumus, cū & nos & exercit⁹ nostros singulari cōcordia coniunctos ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tñ nihil de diligentia remittere debetis, dareq; operam, vt q̄paratissimi ab exercitu, reliquisq; rebus pro nostra salute contra sceleratissimam conspirationē hostiū configamus, qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant, subito ad patrię periculum conuerterunt. Vale.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. P. D.



Irabiliter mi Brute letor mea cōsilia, measq; sentētiās a te probari de Decē uiris, de adornando adolescente. Sed qd refert: mihi crede homini non glorioso, plane iā Brute frigeo. ὀργανος em̄ erat meū senatus, id iā dissolutū. Tā tam spem attulerat explorata tua victoria, tua preclara Mutinę eruptio, fuga Antoniū conciso exercitu, vt omnium animi relaxati sint, meaq; illę vehementes conciones tanq̄ σκιαμαχίαι esse videant̄. Sed vt ad rem redeā, legio nē Martiam, & quartam negant, qui illas norūt, vlla conditione ad te posse perducī. Pecunię quam desideras, rō pōt haberi, eaq; habebit̄. De Bruto accersendo, Casareq; ad Italię præsidiū tenēdo, valde tibi assentior. Sed vt scribis, habes obrectatores, quos egdē facillime sustineo, sed impediūt tñ. Ex Africa legiōes expectant̄. Sed bellum istic renatū hoīes mirant̄. nihil tā p̄ter spem vnq;. Nā die tuo natali victoria nūciata, in multa secula videbamus reprobata. Noui timores retexunt superiora. Scripsisti aut̄ ad me iis, quas idib⁹ Maiis dedisti, modo te accepisse a Planco literas, non recipi a Lepido Antoniū. Id si ita est, omnia faciliora: si aliter, magnū negotiū: cuius exitū ne extimescā, tuę partes sunt. Ego plus q̄ feci, facere nō possum. Te tamen, id qd spero, omnium maximum, & clarissimum videre cupio. Vale.

Organū Cicer. senatus

Natalis D. Bruti.

Partes.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. P. D.



Tñ mihi tuę literę iucundissime sunt, tamē iucundius fuit, q̄ in summa occupatione tua Planco collegę mandasti, vt te mihi per literas excusaret, qd fecit ille diligenter, mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Cōiunctio tua cum collega, concordiaq; vestra, quę literis omnibus declarata est, S. P. Q. R. gratissima accidit. Quod superest, perge mi Brute, & iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis vtī cogito. Literas tuas vehementer expecto, & quidem taleis, quales maxime opto. Vale.

Breuitatis magister Brutus.

M. T. C. D. BRVTO IMP. S. D.



Permagni interest, quo tibi hæc tēpore epistola reddita sit, utrū cū sollici- tudinis aliquid haberes, an cū ab omni molestia vacuus esses. Itaq; ei p̄- cepi, quem ad te misi, vt tempus obseruaret epistolæ tibi reddēde. Nam quēadmodum coram, qui ad nos intempestiue adeunt, molesti sepe sunt, sic epistolę offendūt nō loco reddite. Si aut, vt spero, nihil te perturbat, nihil impedit, & ille cui mādaui, satis scite, & cōmode tempus ad te ce- pit adeundi, cōfido me, qđ velim, a te facile impetraturū. L. Lamia p̄turā p̄tīt, hoc ego vtor vno omnium plurimū. Magna vetustas, magna cōsuetudo intercedit, qđ q; plurimū valet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Magno p̄terea beneficio ei⁹, ma- gnoq; merito sum obligatus. Nā Clodianis temporibus cum equestris ordinis princeps eēt, proq; mea salute acerrime propugnaret, a Gabinio consule relegatus est, quod ante id tem- pus ciui Romano Romæ contigit nemini. Hoc cum populus Romanus meminīt, me ipsum nō meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi mi Brute, me petere p̄turam. Qz q̄ enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificētissimo munere edilitio, tñ qua si ea ita non essent, ego suscepī totum negotium. Nunc, si me tantū facis, quantū certe facis, quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupū nostrum, vt is nobis eas centurias cōficiat. Non tenebo te pluribus. Ponam in extremo, quod sentio. Nihil est Bru- te, cum omnia a te expectem, quod mihi gratius facere possis. Vale.

Epistolæ reddende opportuni- tas captan- da. Ad nos ad eunt. Lamia cō- mendatio.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. D.



Lamia vno omnium familiarissime vtor. Magna eius in me non dico officia, sed merita, eaq; sunt pp̄o Ro. notissima. Is magnificētissimo munere adili- tatis perfunctus p̄tīt p̄turam: omnesq; intelligunt, nec dignitatem ei dees- se, nec gratiam. Sed is ambitus extare videt, vt ego omnia pertimescam, to- tamq; p̄titionem Lamia mihi sustinendam putem. In ea re quantū me pos- sis adiuuare, facile perspicio: nec vero quantum mea causa velis, dubito. Ve- lim igitur mi Brute tibi persuadeas, nihil me maiore studio a te petere, nihil te mihi grati⁹ facere posse, q̄ si omnibus tuis opibus, omni studio, Lamiam in p̄titione iuueris: quod vt fa- cias, vehementer rogo. Vale.

Eiusdē cō- mendatio.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. D.



Tsi ex mādaris, quæ Galbæ, Volumniq; ad Senatum dedisti, quid timē- dum, suspicādumq; putares, suspicabamur, tamen timidiora mādata vi- debātur, q̄ erat dignum tua, populiq; Romani victoria. Senatus autem mi Brute fortis est, & habet forteis duces. Itaq; moleste ferebat, se a te, quem omnium quicūq; fuissent fortissimum iudicaret, timidū, atq; igna- uum iudicari. Etenim cum te in cluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio, quis erat qui quicq; timeret, profliga- to illo, te liberato: Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim esset qui illum tam furiosum arbitraretur, vt qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in opatissima pace bellū reip. indiceret: Nec dubito quin tu plus prouideas. Sed tamen tam recenti gratulatione, quā tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidem, id quod spero, vt plane abiectus, & fractus sit Antonius. Sin aliqd vi- rium forte collegerit, sentiat nec senatū consiliū, nec populo Romano virtutem deesse, nec reipub. te viuo, Imperatorem. xiiii. Calend. Iunii. Vale.

Brutū timi- ditatis icu- sat.

D. BRVTVS. M. T. CICE. S. P. D.



Ad Senatum quas literas misi, velim prius perlegas, & si qua tibi videbūtur, commutes. Necessario me scripsisse, ipse animaduertes. nam cum putarem quartam, & Martiam legiones mecū futuras, vt Druso, Pauloq; placuerat, vobis assentientibus, minus de rebus reliquis laborandum existimaui. nunc vero cum sim cum Tironibus egentissimis, valde & meam, & vestram vicē timeam, necesse est, Veicetini me, & Marcum Brutum præcipue obseruant. His ne quā patiari iniuriam fieri in senatu vernarum causa, a te peto. Causam habent opti- mam, officium in rēpub. summum, genus hominum aduersariorum seditiosum, & inertissi- mum. xii. Calend. Iunii. Vercellis. Vale.

Veiceti- nos cōmē.

Epistolarum familiarium

D. BRVTVS IMPER. M. T. C. S. D.

Tollendū.



Qvod pro me nō facio, id pro te facere meus in te amor, tuaq; officia cogit, vt timeā. Sepe, n. mihi cū esset dictū, neq; a me contēptū, nouissime Labeo Segulius, hō sui simillimus, narrauit mihi apud Casarem se fuisse, multūq; sermōne de te habitū esse. Ipsum Casarem nihil sane de te questū, nisi dictū, qd diceret te dixisse laudandū adolescentē, ornandū, tollendū: se nō esse cōmissurū, vt tolli possit. Hoc ego Labeonē credo illi rerulisse, aut finxisse dictū, nō ab adolescēte platum. Veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere, & tibi ab iis instare periculū, maximeq; indignari, qd in decēuiris, neq; Cesar, neq; ego habitū essemus, atq; oīa ad vestrū arbitriū essent collata. Hęc cū audissem, & iam in itinere essem, cōmittendū non putauī, prius vt Alpīs trāsgrederer, q̄ quid istic ageret, scirem. Nā de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborū, & denūciatione periculi, sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna cōsequi p̄mia, & totā istā cantilenā ex hoc pendere, vt q̄ plurimū lucrifaciant. Neq; tū nō te cautum esse volo, & insidias vitātē. Nihil em̄ tua vita pōt mihi esse iucūdus, neq; chari⁹. Illud vide, ne timēdo, magis timere cogare. Et qb⁹ reb⁹ pōt occurrī veteranis, occurras. Primū qd desiderāt de Decēuiris, facias: deinde de p̄miis. Si tibi videbit, agros militū eorū, qui cum Antonio veterani fuerunt, his dādos censeas. Ab vtrisq; nobis de nūmis lente, ac ratione habita pecuniā, Senatū de ea re constituturum: quattuor legionibus iis quibus agros dādos cēsuisit, video facultatem fore ex agris Syllanis, & agro Campano. Aequaliter, aut forte agros legionibus assignari puto oportere. Hęc me tibi scribere nō prudentia mea hortatur, sed amor in te, & cupiditas otii, quod sine te consistere nō pōt. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia nō excedā, legiones armo, paro: spero me nō pessimū exercitū habiturū ad omne casus & impet⁹ hominū. De exercitu quē Pāsa habuit, legionē mihi Cesar nō remittit. Ad has literas statim mihi rescribe, tuorūq; aliquem mitte, si qd recōditum magis erit, meq; scire opus esse putaris. Vale. VII. Calend. Iunias, e Poredia.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. P. D.

Segulius.



Di istī Segulio malefaciāt hominī neq;ssimo oīm q sunt, q fuerunt, qui futuri sunt. Quid tu illū tecum solū, aut cū Casare, q neminē p̄termiserit, qcū loqui potuerit, cui nō eadē ista dixerit? Te tū mi Brute sic amo, vt debeo, qd istud qcqd esset nugariū, me scire voluisti. Signū em̄ magnū amoris dedisti. Nā qd idem Segulius ait veteranos q̄rit, q tu & Cesar in Decēuiris nō esseris, vtinā ne ego quidē essem. Quid em̄ molestius? Sed tū cū ego sensissem de iis qui exercitus haberēt, sententiā ferri oportere, iudē illi qui solēt, reclamariūt. Itaq; excepti etiā estis me vehemēter repugnāte. Quocirca Segulīū negligamus, qui res nouas q̄rit, non qd veterem comederit, nullam em̄ habuit, sed hęc ipsam recētē nouā deuorauit. Qd autem scribis, te qd pro te ipso nō facias, id p me facere, vt de me timeas aliqd, oīm te vir optime, mihiq; charissime Brute, de me metu libero. Ego em̄, q̄ prouideri poterūt, non fallar in iis: quę cautionē non habebūt, de iis non ita valde laboro. Sim etem̄ impudēs, si plus postulem, q̄ hominī a rerū natura tribui potest. Qd mihi p̄cipis, vt caueam ne timendo magis timere cogar, & sapienter, & amicissime p̄cipis. Sed velim tibi p̄suadeas, cū te constet excellere hoc ḡne virtutis, vt nunq̄ extimescas, nunq̄ pturbere, me huic tuę virtuti p̄xime accedere. Quāobrem nec metuā qcq; & cauebo oīa. Sed vide, ne tua iā mi Brute culpa futura sit, si ego quicq; timeam. Tuis em̄ opibus, & cōsulatu tuo, etiā si timidū essemus, tū omnē timorē abiice remus, p̄sertim cū p̄suasum oīm esset, mihiq; maxime, nos a te vnice diligī. Cōsiliis tuis, q̄ scribis de quattuor legionibus, deq; agris assignandis ab vtrisq; vestrū, vehementer assentior. Itaq; cū quidam de collegis nostris agrariam curationē ligurirent, disturbauī rem, totā qd vobis integram reseruauī. Si quid erit occultius, & (vt scribis) recōditum, meorum aliquē mittam, quo fidelius ad te literę perferantur. Vale. Pridie nonas Iunii.

M. T. C. D. BRVTO IMPE. S. P. D.

Cōmend.



Cum Appio Claudio C. F. sūma mihi necessitudo est, multis eius officiis, & meis mutuis cōstitutis. Peto a te maiore in modū, vel humanitatis tuę, vel mea causa, vt eū auctoritate tua, q̄ plurimū valet, cōseruatū velis. Volo te, cū fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento, nobilissimū adolescentē beneficio tuo esse saluū. Cuius q

Liber. XI. Fo. LVI.

dem causa hoc melior debet esse, q̄ pietate adductus propter patris restitutionem, me cum Antonio coniunxit. Quare etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquā poteris inducere. Nutus tuus potest hominē summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum præterea, & gratissimū, incolumē in ciuitate retinere. Qd̄ vt facias, ita a te peto, vt maiore studio, magisve ex animo petere non possim. Vale.

D. BRVTVS M. T. C. S. P. D.

Nos hic valemus recte, & quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus cōmode de nobis sentire videt. omni timore deposito debemus libere reip̄ consulere. Qz si omnia essent aliena, tamen tribus tantis exercitibus propriis reip̄. valentib⁹, magnū animū habere debebis, quē & semp habuisti, & nūc fortuna adiuuante augere potes. Quæ tibi superiorib⁹ literis mea manu scripsi, terrendi tui causa hoies loquuntur. Si frenū momorderis, pereā, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi vt antea scripsi, dū mihi a te literę veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. Calend. Iunias. e Poredia.

CICERO, D. BRVTO, S. D.

Barum tibi antea subirascebar breuitate tuarū literarū, nūc mihi loquax esse videor. te igit̄ imitabor. q̄ multa, q̄ paucis: te recte valere, operamq̄ dare, vt quotidie melius. Lepidum cōmode sentire. Tribus exercitib⁹, q̄quis nos oportere cōfidere. Si timidus essem, tñ ista epistola mihi oēm metū absterfisset. Sed, vt mones, frenum momordi. etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iā vigiliā meā Brute tibi tradere, sed ita, vt nō desim cōstantię meę. Qd̄ scribis in Italia te moraturū dū tibi literæ meę veniant, si per hostem licet, non erraris. Multa enim Romæ. Si in aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. Pecunia expeditissima quæ erat, tibi decreta est. Habes amantissimum Seruiliū, nos non desumus. Vale. VIII. Idus Iunias.

M. T. C. D. BRVTO, S. P. D.

Expectāti mihi tuas quotidie literas Lupus noster subito denunciauit, vt ad te scriberem, si qd̄ vellem. Ego aut̄ etsi qd̄ scriberem, non habebā (acta em̄ ad te mitti sciebā) inanē aut̄ sermonē literarū tibi iniucūdū esse audiebā, breuitatē secutus sum, te magistro. Scito igit̄ in te, & in collega spem omnem esse. De Bruto aut̄ nihil adhuc certi: quē ego, quēadmodum p̄cipis, priuatis literis ad bellum commune vocare non desino, qui vtinā iā adesset. Intestinum Urbis malum, qd̄ est non mediocre, minus timeremus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit. Vince, & Vale. XIII. Calend. Quintileis.

D. B. IMPER. M. T. C. S. P. D.

In maximo meo dolore hoc solatio vtor, q̄ intelligūt homines non sine causa me timuisse ista q̄ acciderunt. Deliberent vtrū traiciāt legiōes ex Aphrica, nec ne, & ex Sardinia: & Brutum accersant, nec ne: & mihi stipendiū dēt, an non, decernant. Ad senatum literas misi. Crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quēadmodum scribo, magnum nos omnis adituros periculum. Rogo te videre, quibus hominibus negotium deris, qui ad me legiones adducant: & fide opus est, & celeritate. Vale. III. Nonas Iunias. ex castris.

C. MATIVS, M. T. C. S. P. D.

Magnam voluptatē ex tuis literis cepi, q̄ quam sperarā, atq̄ optarā, habere te de me opinionē, cognoui. De qua etsi nō dubitabā, tñ qa maximi aestimabam, vt incorrupta maneret, laborabam. Cōscius aut̄ mihi eram, nihil a me cōmissum esse, qd̄ boni cuiusq̄ offenderet animum. Eo minus credebam plurimis, atq̄ optimis artibus ornato tibi temere quicq̄ persuaderi potuisse, p̄sertim in quem mea p̄pensa, & perpetua fuisset, atq̄ esset beneuolentia. Qd̄ q̄, vt volui, scio esse, respondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua singulari bonitate, & amicitia nostra sepe restitisti. Nota enim mihi sunt, q̄ in me post Cæsaris mortē cōtulerint. Vitio mihi dāt, q̄ mortem hominis necessariū grauiter fero, atq̄ eum, quem dilexi, periisse indignor. Aiunt enim patriā amicitia p̄ponendam esse: proinde ac si iā vicerint, obiectum eius reip̄. fuisse vtilem. Sed non agam astute. Fateor me ad istum gradum sapientię non

hh iii

Frenū mordere.

quod vis

Laconism⁹. Altera pagella in tā breui.

Purgatoria seu apologetica.

Epistolarum familiarium

venisse. Neque enim Caesarem in dissensione civili sum secutus, sed amicum. quod re offendebar, tamen non deserui, neque bellum unquam civile, aut etiam causam dissensionis probavi: qua etiam nascentem extinguere summe studui. Itaque in victoria hominis necessarii, neque honoris, neque pecuniae dulcedine sum captus: quibus primis reliqui minus apud eum, quam ego, cum possent, immoderate sunt abusi. Atque etiam res familiaris mea, lege Caesaris diminuta est, cuius beneficio plerique, qui Caesaris morte latantur, remanserunt in civitate. Civibus victis ut parceretur, aequae ac pro mea salute laboravi. Possum igitur, qui omnes voluerim incolumis esse, a quo id impetratum est, perisse non indignari: cum praesertim iidem homines, illi & invidia & exortio fuerint. Plecteris ergo, inquit, quando factum nostrum improbare audes. O superbiam inauditam, alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impune licere. At haec etiam servus semper libera fuerit, timeret, gauderent, doleret suo potius, quam alterius arbitrio. Quae nunc, ut quidem isti dicunt, libertatis auctores metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt. Nullus unquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate desciscam. **NVNQVAM ENIM** Honestam mortem fugiendam, sepe etiam appetendam putavi. Sed quid mihi succedent, si id opto, ut poeniteat eos sui facti? Cupio enim Caesaris mortem omnibus esse acerbam. At deo pro civili parte rempublicae, velle saluam. Id quidem me cupere, nisi & ante acta vita, & reliqua mea spes tacente me probat, dicendo vincere non postulo. Quare maiorem in modum te rogo, ut rem potiore oratione ducas, mihi quae si sentis expedire, recte fieri credas, nullam communio nem cum improbis esse posse. An quod adolescens praestitum, cum etiam errare cum excusatione possem, id nunc etate precipitata commutem, ac me ipse retexam? Non faciam, neque quod displiceat, committam, praeterquam quod hominis mihi coniunctissimi, ac viri amplissimi doleo gravem casum. Quod si aliter essem animatus, nunquam, quod facerem, negarem, & ne in peccando improbus, & in dissimulando timidus, ac vanus, existimarer. At ludos, quos Caesaris victoriae Caesar adolescens fecit, curavi. At id ad privatum officium, non ad statum reipublicae pertinebat. Quod tamen munus, & hominis amicissimi memoriae, ac honoribus praestare etiam mortuo debui: & optime spei adolescenti, ac dignissimo Caesari repetenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonii sepe domum salutandi causa: ad quem, qui me parum patriae amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid, aut auferendi causa frequentes ventitare reperies. Sed quae haec est arrogancia, quod Caesar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamen vis vterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpedo me efficere conari, ne quos velim, diligam? Sed non vereor, ne aut meae vitae modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores: aut ne etiam illi, qui me non amant, propter meam in Caesarem constantiam, non malint mei, quam sui similes amicos habere. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitae, in otio Rhodi degam. sin casus aliquis interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri semper cupiam. Trebatium nostro magnas gratias ago, quod tuum erga me animum simplicem, atque amicum aperuit, & quod eum quem semper dilexi lubenter, quo magis iure colere, atque observare deberem, fecit. Bene vale, & me dilige.

M. T. C. C. MATIO. S. P. D.



Vesperis.

Quondam satis constitui, molestiae ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo tamen plenus officii, tum utriusque nostrum amantissimus. Nam cum in Tusculanum vesperis venissem, postridie ille ad me, nondum satis firmo corpore cum esset, mane venit. Quem cum obiurgarem, quod parum valetudini parceret, tum ille nihil sibi fuisse longum, quam ut me videret. Num quidnam inquam novi? Detulit ad me querelam tuam, de qua prius, quam respondeo, pauca praenotavi.

Amatoria.

Quantum memoria repetere praeterita possum, nemo est mihi te amicus antiquior. Sed **VETUSTAS** Habet aliquid commune cum multis. Amor non habet. Dilexi te, quo die cognovi, meque a te diligere iudicavi. Tuus deinde discessus, isque diuturnus, ambitio nostra, & vitae dissimilitudo, non est passa voluntates nostras consuetudine coglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum civile, cum Caesar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile esse putas, nec inutile ipsi Caesari, praefecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa praetereo, quae temporibus illis inter nos familiarissime dicta, scripta, communicata sunt. graviora enim sunt consecuta. Et initio belli civilis cum Brudusium versus ire ad Caesarem, venisti ad me in Formianum, primum hoc ipsum quantum, praesertim temporibus illis! Deinde oblitum me putas consilium, sermonis, humanitatis tuae: quibus rebus interesse memini Trebatium.

Memini.

Nec vero oblitus sum literarum tuarum, quas ad me misisti, cum Caesari obviam venissem in agro, ut arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus est, cum me ad Pompeium proficisci siue pudor meus coegit, siue officium, siue fortuna: quod officium tuum, quod studium vel in absentem me, vel in praesentes meos defuit: quem porro omnes mei, & mihi, & sibi te amicitiorum iudicauerunt: Veni Brundisium, oblitum ne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad me Tarento adularis: quae tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei fracti communium miseriarum metu: Tandem aliquando Romae esse coepimus, quid defuit nostrae familiaritati in maximis rebus: quoniam modo me gererem adversus Caesarem, usus tuo consilio sum. In reliquis officiis cui tu tribuisti excepto Caesare praeter me, ut domum ventitares, horumque multas saepe suavissimo sermone consumeres: tum, cum etiam, si meministi, ut haec *φιλοσοφία* scriberem, tu me impulisti. Post Caesaris reditum quid tibi maiori cure fuit, quam ut essem ego illi quam familiarissimus: quod effecerat. Quorsum igitur haec oratio longior, quam putaram: quia sum admiratus te, qui haec nosse deberes, quicquam a me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. Nam praeter haec, quae commemoravi, quae testata sunt, & illustria, habeo multa occultiora, quae vix verbis exequi possum. Omnia me tua delectant, sed maxime maxima cum fides in amicitia, consilium, gravitas, constantia, tum lepos, humanitas, litera. Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi. Deinde si credidissem, nunquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. Dignitas tua facit, ut animaduerratur, quicquid facias. Malevolentia autem facit hominum, ut nonnulla durius, quam a te facta sint, proferantur. Ea si tu non audis, quid dicam, nescio: equidem si quando audio, tam defendo, quam me scio a te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex. Alia sunt, quae aliquando negare soleam, ut de isto ipso suffragio. Alia, quae defendam a te pie fieri, & humane, ut de curatione ludorum. Sed te hominem doctissimum non fugit, si Caesar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in utraque partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego uti soleo, laudandam esse fidem, & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas: vel in eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriae, vitae amici anteponendam. Ex his sermonibus utinam essent delatae ad te disputationes meae. Illa vero duo, quae maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius quam ego commemorat, aut sepius, te & non suscipiendi belli civilis gravissimum auctorem fuisse, & moderandae victoriae: In quo, qui mihi non assentiretur, inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatii familiaris nostri, qui mihi dedit causam harum literarum, quibus nisi credideris, me omnis officii, & humanitatis experte iudicaris, quo nec mihi gravius quicquam potest esse, nec a te alienius.

Vale.

M. T. C. M. OPPIO. S.



Ubitanti mihi, quod scit Atticus noster, de hoc toto consilio profectiois, quod in utraque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium, & consilium tuum. Nam & scripsisti aperte, quid tibi videretur, & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicavi in te, & in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem. Maximeque sum expertus, cum initio civilis belli per literas te consulissem, quid mihi faciendum esse censeret, eundem ne ad Pompeium, an manendum in Italia. Suasisti, ut consulerem dignitati meae: ex quo quid sentiret, intellexi, et sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionem: quod cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quam illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper me a te diligere sensi: & cum abessem, atque in magnis periculis essem, & me absentem, & meos praesentes a te cultos & defensos esse memini. Et post meum reditum, quam familiariter mecum vixeris, quaeque ego de te & senserim, & praedicarim, omnes, qui solent haec animadvertere, testes habemus. Gravissimum vero iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum post mortem Caesaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi conseruabis amorem tuum, etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem: meaque omnia tuebere, quae tibi ne ignota essent, Attico mandavi. A me autem, cum paulum orti nacti erimus, yberiores literas expectato. Da operam ut valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

hh iiii

Philosophoumena

Defendit a te. Defensio duplex.

Antiquius

Hominem non putabo.